



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1442. usque ad annum 1460

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1768**

**VD18 90118324**

§. 38. Dux Aurelianensis Regem Lemovici convenit

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66507](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66507)



staret, Senatui suo præfectos; de cete- Sæcul. XV.  
ro, ut deinceps secundum æquum, & ju- A.C. 1442.  
stum judicaretur, se sedulo invigilaturum.

III. Cum absque subsidiorum præstatio-  
ne subditorum, ac Regni sui incolumitati  
consulere haud posset, quæ ut a populo  
exigeret, se summa necessitate compul-  
sum; Principum subditos duplo minus  
quam alios ejusmodi oneribus pressos es-  
se; IV. Se justissimis ex causis Niortum  
Alenconio Duci reddere cunctari, cui ta-  
men æqua pecuniarum vi satisfactio  
præstanda foret. V. De pensione au-  
tem tam illi, quam ceteris pendenda a-  
gendum, postquam meritorum suorum  
testimonio, illius recipiendæ digni proba-  
ti fuissent. Denique se Atrebatensem  
tractatum ad amissim adimpleri velle,  
tantumque abesse, ut vel in minimo eun-  
dem violasset, quin potius de fracta pace  
ipsum justam conquerendi causam habe-  
ret. Talia Claramontanus Episcopus  
nomine Regis respondit.

§. XXXVIII.

*Dux Aurelianensis Regem Lemovicæ  
convenit.*

Cum Principum aversio potissimum in-  
de orta fuisset, quod Aurelianensis  
Dux Regis gratia excidisset, Rex, misso  
nuntio, eidem significari jussit, ad Pente-  
costes



Sæcul. XV. A.C.1442. costes Festa Lemovicum veniret, ipsum-  
 que a Rege cunctis benevolentiae signis  
 excipiendum. Ergo comitante conjuge  
 sua Regem adit, a quo comiter ac bene-  
 vole habitus, centum quadraginta mil-  
 lium librarum subsidium ad residuam ly-  
 tri sui Anglis pendendi partem accepit,  
 auctus praeterea annua sex millium libra-  
 rum pensione. Dux Aurelianensis hac  
 Regis munificentia devictus, seposita om-  
 ni indignatione reversus est, ex quo Dux  
 etiam Burgundiae, utpote Aurelianensi  
 intimo foedere junctus, singulari laetitia  
 afficiebatur. Rex igitur utroque hoc  
 Principe in sui amicitiam redacto, cum a  
 nemine alio periculum sibi immineret, se-  
 cure iter suum ad Occidaniam profecu-  
 tus est.

## §. XXXIX.

*Tartasæ urbis obsidio ab Anglis  
 soluta.*

Porro ad iter hoc arripiendum, Regem  
 præprimis incitabat imminens peri-  
 culum Urbis Tartasæ Albreti dominio  
 subjectæ, quam Angli ultra septem men-  
 ses dura obsidione premebant. Jamjam  
 Gubernator extrema necessitate com-  
 pulsus, nisi infra diem sancto Joanni sa-  
 cram suppetiæ ferrentur, deditioem  
 facere cum hoste convenerat, Carolo Al-  
 breti